961 878

Stawirey   Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscensem tenoris talis Franciscus Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus. Tibi Nobili Dorotheae consorti Nobilis Alberti Mystek de Stawirze ex omnibus bonis tuis vigore Regio et nostra Capitaneali Authoritate mandamus ut in terminis Querelarum ac causarum officii Capitanealis Castren[sis] in Curia Regia Branscensi Feria secunda post datam praesentis citationis proximius celebrandis personaliter et peremptorie compareas Ad Instantiam Nobilis Andreae olim Alberti Stawirey qui te cum mariti tui assistentia citat eo quia tu in contrarium libertatem et iurium Regni quibus thelonia in Palatinatu Podlachiae sunt sublata ausa es in via libera bonorum Stawirze ibidem siliginis duodecem tunnas mensurae Wysocensis valoris viginti Floren[orum] Polon[icalium] in vim cuiusdam iniusti et inusitati Thelonei recipere et extorquere prout de Facto recepisti et exegisti pro quod in poena mille Marcarum Coll[?] succubuisti Citaris iudicialiter sis responsurus Datum in Curia Regia Branscensi Feria secunda post Festum Sancti Francisci confessoris proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo cuius citationis copiam sigillatam Ministerialis Regni generalis Nobilis Albertus Sktodo ab una integra ante terminum presentem septimana in bonis Stawirze citati propriis posuisse et Publicasse recognovit memorata pars actorea citatam supra nominatam Partem ad officium Praesens per ministerialem Regni generalem Nobilem Benedictum Proscieński ter ultra iuris formam vicibus quatuor clamatos et non comparentes in lucro suo pro toto ex regestri ordine ac admissione officii Praesentis Iudicialiter condemnavit

Falkowski   Lucrum

Super citationem literalem Castrensem Capitanealem Branscen[sem] tenoris talis Franciscus Ioannes in Kloczew Lesnowolski Branscensis etc Capitaneus Tibi Nobili Alberto olim Stanislai Topcewski de Toporzewo Sawiny Falki ex omnibus bonis Mandamus ut in terminis Querelarum ac causarum officii Capitanealis Castrensi Branscensi Feria secunda post datam praesentis citationis proxime celebrandis perso